



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

statum vis urbem viciniámque concussit, ut  
 pessum itura omnia viderentur, quam *DEI ma-*  
*num* ( utpote prudens & in omnem illius nu-  
 tum paratus Princeps ) patienter sustinuit,  
 gnarus in *prodigijs casibus & mutationibus*, non  
 esse *aliam rationem, quàm summam rationem, sci-*  
*licet Deum ipsum*: ac proinde longè *prestantius es-*  
*se pati acerba, pro, & à Deo, quàm beneficâ eius*  
*manu continuo frui*. jñmo hâc publica calamitate ab  
 eodem ansam sibi ad bene de omnibus meren-  
 di amplissimam afferri; quâ etiam suis divite  
 ac profusâ manu ( ut verus Patriæ pauperum-  
 que Pater ) egentibus subvenit, cumulatissi-  
 mum à Deo præmium accepturus, eâque fir-  
 matus spe, anno M. CCCC. LXIII. mortali-  
 tatem exiit, & immortalitatem ( ut sperare fas est )  
 induit. Habuit *hic in Cathedra Monasteriensi*  
*cognominem Successorem Antistitem HENRICVM*  
*Comitem de MÆRSA electum A. C. 1415.* de quo  
 cum nihil addant Chronologi, quàm lauda-  
 tissimum vixisse, in laudibus eius meus quo-  
 que jure quiescit calamus.

XXII.

**H**is *Præsulibus PADIBORNENSIBVSEIUSDEM*  
*Ecclesiæ Antistes THEODORVS Baro de*  
*Recke*



*Reck* non inconcinne jungi videtur, quem  
magni Patris BENEDICTI Asceta R. P. F. Ga-  
briel Buzelinus, meritissimo suo de Germania  
calamo hoc ornat elogio: *Theodorus Adolphus*  
*Baro de Reck, in Marchia natus, 44. Padibornensis Epis-*  
*copus, nobilitate generis, singulari eruditione, Aucto-*  
*ritate & rerum gerendarum dexteritate, & ante omni-*  
*a, eximiâ variarum virtutum laude celebratissimus*  
*vixit.* Postremis suis in Regimine annis, pub-  
licis Patriæ supplicationibus energumenorum  
phanaticorum Patriæ inerrantium copiam,  
maximo patientiæ, pietatisque documento su-  
stinens, precibus, solidâque pietate fregit, no-  
stro hoc ævo inter Principes vitâ laudabiliter  
obitâ non infimus Princeps. P. F.

Gabriel Buzelinus.

E 2

Die I.